



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies
Distribvtis**

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, 1637

S. Eucherius Ep. 20. Februarii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44055

cemus; dicamus indulgentiae tempore delicta nostra, ne ad excipiendam sententiam defleamus. S.Pet.Chrys. serm.42.

S. EUCHERIUS EP. 20.Februarii.

EUCHERIO nascituro infulam Aurelianensem Angelus promisit; dedit deinde hanc Carolus Martellus; sed idem, cum aures calumniatoribus præberet, pessimo consilio ademit. Excepit Colonia exulem parum jam morantem, quā in parte exilii potissimum viveret, cum exilium esse totum orbem non malè jam tunc credidisset, cum Monachum prius quam Episcopū induit. At verò gravius jam erit Carolo cælo exulare. Certè Eucherius dum inter preces inferorum ergastula contemplatus est, vidit hunc ipsum Carolum non jam purpurā, sed ignibus ardere, didicitque ob manus sacrī injectas spoliisque pauperum ditatos milites (time artas nostra) corpore quoque jam pœnas dare. Atque Eucherio si fidem non dedit Gallia, certè tumulo potuit dare, qui apertus præter ignium vestigia vacuæque tumbæ custodem draconem, nihil ostendit. Itaque, qui exulare virtutem regno jussérat, tumulo etiam exul fuit, cum interim Eucherius cælo receptus rideat illos, qui patriam in terris querunt, neque vacuum Gallis tumulum ostendat, quando in illo cæci oculos suos, claudi pedes, miseri passim omnes salutem reperiunt. *Ex Surio.*

Quid profuit mortuis inanis gloria, brevis latitia, mundi potentia, carnis voluptas, falsa divitiae, magna familia & mala concupiscentia? Vbi risus? ubi jocus? ubi jactantia? de tanta latitia quanta tristitia? post tantam voluptatem quam gravis miseria? S.Bern.in Med.

SS. MAU-

N
cum
signa
Religi
tus,
Pug
gris,
quid
Sed
tyru
flagr
leo,
los c
ctur
Add
huj
fect
rum
inte
cul
mit
cor
tis;
par
Ma
ris
etia
mu
qui